

DE DOCTRINA TEMPORUM

quos annos, qui xix. non superant, quares in tabula 1, & cyclum Solis ac Lunae: tum characterem ejus mensis, qui in quaestione ponitur, cum die Juliano ibidem adnotatis exhibebis. Cyclos Solis, & characteres ex utraque tabula deceptos in unam summam rediges. Hoc modo characterem propositi mensis Judaici conficies, eique competentem Julianum Solis cyclum; per quem congruentem litteram e tabula cycli Solis cap. III. requires. Lunaris autem cyclus, tam Julianus, quam Judaicus, is est ipse, qui de prima tabula capitur; Julianus quidem versus 4. Judaicus autem in primo. Post haec epochas, sive excessus Juliani dies e versus 5. tabulae secundae deceptos subtrahas e die Juliano, qui in cella

quasiti mensis in prior tabula cum characterismo scriptus est. Residuum dabit Juliani mensis diem, quo propositum Novilunium committitur, aut ei certe proximum. quod characterismo beneficio discernes. Queratur Novilunium Tifsi, vel Nisan in anno Judaico 2986. Proximè minor est 2964, cui cycli lunares congruunt 156, cyclus verò Solis 24. character verò 6, 13, 1020, cum excessu Juliano dierum 9, 10, 60. Item anno alteri proximè minori, qui est 2123, tribuantur cyclus 1. Lunae, Solis 19. characterismus, 2, 16, 595, & excessus 0, 1, 485. super sunt anni 111, quibus in tabula 1. conveniunt cyclus Solis 1, Lunae v. Tifsi Septembris xv. feria 3, 22, 876. Utere methodo praescripta,

Table with columns: Anni Judaici, Integri cycli Lunae, Cyclus Solis, Character, Excessus D. H. Scr.

Ad hanc summam annorum, cycli solaris, & characteris adde annos 111, & cetera ex tabula 1.

Table with columns: Anni expansi, Adde, Summa, F., Septembris, Detrahe, Residuum.

Igitur anno Judaico 2986, cyclo Lunae Juliano; Judaico 111, Solis xviii, littera F, Novilunium contigit feria 6, hora 5, 331. ab ineunte nocte Septembris vi, anno Periodi Julianae 3938. Si Novilunium Nisan

petitur, characteres annorum collectorum cum character Nisan compones, quem in ejus cella, tabula 1. representat; & excessum de ejusdem Juliano die detrahas.

Table with columns: Nisan anni tertii, Character annorum collectorum, Summa, Aprilis, Detrahe, Residuum.

Nisan ergo contigit feria 2, 22, 482, Martii xxxi. Nam per characterem deprehendimus, non Aprilis Kalendis, sed Martii xxxi. Novilunium committi.

Caution. Annus quilibet Judaicus, cum ab autumno incipiat, duos annos Julianos obidet; adeoque cyclis lunariis, ac solaribus totidem respondet. Quare cum ultra Decembrem calculus excurrit, ad annorum Julia-

norum, & cyclorum numerum unitas accedit. Unde Nisan anni Judaici 2986. convenit anni Periodi Julianae 3939, cyclo Lunae vi, Solis xix, littera Dominicalis E.

Rursus anno Judaico 5385. volo Tifsi characterem ac diem in anno Juliano reperire: eadem methodo adhibenda.

Table with columns: Proximè minoris anni, Cycli, Cyclus Solis, Excessus, Novilunii terminus Sept., De quo deduc, Residuum, Adde annos.

Novilunium Tifsi contigit in anno Christi 1624, Judaico 5385, Septembris 111, feria 6, 0, 267, cyclo Solis ix, littera D C. Post Gregorianam emendationem, Septembris 1111, littera G F.

Hac brevissima est, & expeditissima methodus. Altera verò, qua Judei vulgò solent uti, ex reliquis tabulis tribus administratur. Annum propositum Judaicum divide per 19, quotiens est cyclorum numerus, qui ab epocha Judaica fluxerunt. quos in tabula v. descripsimus: & in versu 4. numerum annorum collectorum ad-

scripsimus, ne divisione opus sit. Queratur ergo proximè minor in tabula v. reliqui anni expansi in tabula tertia. Colligantur adjacentes characteres & excessus. Jam si Novilunium Tifsi queritur, anni expansi nominis capiendi sunt. Sin alterius mensis Novilunium petitur, e tabula iv. mensis proximè antecedens excerpendus est: cuius character ad superiores adjungitur; & ad summam radix addita dat characterem quaesitum in Hierosolymitano, vel Romano meridiano: ad hunc modum.

Proximè

Table with columns: Proximè minoris, Cycli lunares, Character, Excessus, Anni expansi, Character, Excessus D. H.

Excessus summa perpetua methodo subducatur ex Octobris vii, sive addito Septembris, de diebus 37. Ita hoc anno relinquatur dies Septembris vii. Ceteri menses per tabulam iv. exquirentur. Anni reliqui sunt

Table with columns: Tifsi à Kalend. Januarii contigit die, F. H., Adde menses, Summa dierum, De hac detrahe, Restant.

tres. Itaque qui queritur annus embolimus est, & Nisan est octavus à Tifsi. Capiantur ergo menses absoluti vii. e tabula iv, & ad Tifsi novilunium jam repositum addantur dies, & characteres.

quæntis attingit. Unde ad insequentem feriam atinet. Hoc primum translationis genus est, quod naturale dici potest. Aliud est civile. Nam certæ feriae à Magistris constituta sunt; quibus Tifsi, ac Nisan mensium Neomenias, adeoque nonnullos festos dies celebrari

nefas esset. Ex sunt, Tifsi quidem, tres istæ, 1, 4, 6. Quoties igitur noviluniorum calculus in aliquam ex iis tribus feriis incidit, in sequentem Neomenia Tifsi

diffunditur. Nisan verò totidem, 1, 2, 4, 6. reliquæ quatuor utriusque Neomeniae serviunt. Hebraei Neomeniam appellant נֶעֱמָנָה. Ferias reiculas, נֶעֱמָנָה קִיָּבָה. Translatio Neomenia, sive נֶעֱמָנָה קִיָּבָה, vocatur נֶעֱמָנָה, id est expulsio. Inde fit, ut anni quidam uno die redundant; alii verò defectu sint. Atque universæ quidem annus in Communem, & Embolimæum dividitur. Utriusque tria sunt genera. Nam aut Ordinarius est, aut Defectivus, aut Abundans. Ordinarius Hebraei vocant שָׁנָה טְרוּיָה אֲנִימָה secundum ordinem: Defectivum verò שָׁנָה פְּגוּמָה. Abundantem שָׁנָה מְעֻשָׂה, annum plenum. Annus Communis Ordinarius dies habet, 354; Defectivus, 353; Abundans 355. Embolimæus Ordinarius diebus constat 384; Defectivus, 383; Abundans, 385,

CAPUT XVIII.

De civili computo Judaicorum, ac festis, & feriis.

HACTENUS Novilunia Judaica, eorumque characteres, ac naturales epilogismos exhibuimus. Nunc artificiosam, ac civilem illorum administrationem explicabimus. Non enim Judei Neomenias lunares iis diebus ac feriis illigant, in quos astronomicus calculus noviluniorum momenta contulerit. sed defectu quodam utuntur. Ac primum tametsi civilem diem ab initio noctis auspiciunt; nihilominus noviluniorum אֲנִימָה; à meridie computant; quemadmodum astronomi plerique facere consueverunt. Quocirca dum horarum numerus ultra ferias, ad 18. pervenit, Neomeniam sequentem in feriam traducunt, nisi ea reicula sit. tum enim comprehendere solent. Id eo faciunt, quod hora 18. ab initio noctis meridiem diei fe-

ANNUS

Table with columns: Communis, Defectivus dierum, Ordinarius dierum, Abundans dierum, Feria residua, Em-bolimus, Defectivus dierum, Ordinarius dierum, Abundans dierum, Feria residua.

Annus communis ordinarius menses alternis plenos, & cavos habet. embolimæus ordinarius præter Adar, qui extra ordinem tricenarius infunditur, eodem tenore procedit. In Defectivis tam communibus, quam embolimæis, unus de tertio mense, id est Casleu, dies expungitur, siquæ ex pleno cavus sit. At in Abundantibus Marchesvan plenus sit ex cavo. Itaque à Tifsi ad Nisan variat intervalum. In anno communi ordinario dies sunt 177; in defectivo, 176; in abundanti 178. In Embolimæo ordinario dies intercedunt 207; in defectivo 206; in abundanti 208. A Nisan ad Tifsi, perpetuò dies inter sunt 177, sive communis, sive embolimæus sit annus. Anni qualitas hac ratione dignoscitur. Primum scito communis an embolimæus sit annus: quod ex Enneadecaeteride Judaica depre-

hendes. Nam 3, 6, 8, 11, 14, 17, 19. anni embolimæi sunt; reliqui communes. Postea feriam, à qua annus tuus incipit, compara cum sequentis anni Neomenia, ejuisque feria. Si enim anni tui feriam de sequentis feria deducas, pro eo ac 3, 4, aut 5. supererunt anno communi; aut in embolimæo 5, 6, aut 7. pronunciabis Defectivum esse, vel Ordinarium, vel Abundantem. Exemplum. Sive annum primum in tabula 1. Judaici cycli. Character Tifsi est 2. Character verò sequentis Tifsi est 6, 14, 0. & propter Adar, feria 7. Discrimen est 5. Proinde cum annus primus communis sit, erit abundans, dierum 355. Sic anni tertii, qui est embolimæus, character est 3, 22, 876, hoc est feria 4. propter Iah. Character sequentis 2, 20, 385, id est feria 3. Discrimen est 6. Erit ergo annus ordinarius. Cum autem

Pars I.

D d d

tota

tota hæc annorum varietas ex Neomenia Tisri, ejusque Kebiah, sive fixatione pendeat; indidemque Judæorum Paschatum celebrandorum diversitas oriatur; Canones quidam ex Computi Judaici fontibus explicandi sunt; quorum beneficio cognoscamus quibus diebus Neomenia Tisri constituenda sit; ex quo & illud constet, quando tranlatio faciendâ; rum quibus feriis ac diebus reliquæ Neomeniæ; ac Judaica solemnia celebrantur.

Sed ante omnia repetendus est animo Canon ille generalis Translationis utriusque tam naturalis, quam politica. Nimirum quoties supra feriam horæ 18. excurrunt, Neomeniam traduci. Deinde numquam Tisri feria 1, IV, vel VI. contingere. Unde si lunaris calculus Neomeniam Tisri conferat in feriam 7, 18, 0. diffundetur in feriam 11. Si in feriam 3, 18, 0, calculus incurrat; in feriam V. comprehenditur. & sic in reliquis. Quod in Tisri propterea servatur, ne duo Sabbata, id est festi dies proxime se consequantur: quorum religione necessarii ab rebus, aut legitimis obeundis ritibus arceantur. Nam si, verbi gratiâ, Neomenia Tisri feria 1. contingat, septima dies Scenopegia, quæ est XXI. Tisri, caderet in Sabbatum, ac tum Palmarum ramos destringere, & gesticare nefas esset, quod illo die fieri lex jubet. Sin quarta feria Neomenia Tisri defigatur; decima dies Tisri, quod est solenne Kippurim, id est Expiationum, in feriam VI. incidet. Atqui par est illius dici, ac Sabbati religio; ut ne cibaria quidem coquere liceat. In biduum ergo parandi erunt cibi, quod incommodum est. Denique si feria VI. Tisri ineat, Expiationum dies idem in feriam 1. incurret post Sabbatum.

Ut igitur solemnium concursus vitetur in Tisri duntaxat. (Nam in reliquis festa plerumque duo proxime succedunt.) feriarum ille delectus instituitur. At in Nisan, feria 11, IV, & VI. rejicula sunt, non ob eam causam, ne duo festa sibi succedant; quod vulgò minus periti Judaicarum rerum existimant. Sed ideo, quod intervallum à Nisan ad Tisri perpetuò dierum sit 177. Quare si Neomenia Nisan in aliquam de tribus illis feriis incurrat, Neomenia Tisri in feriam 1, aut IV, aut VI, necessario competet: quæ rejiciendæ sunt.

Cautio. A communi regula Neomeniæ in feria legitima defendendæ, citra horas 18; duæ sunt exceptiones. Prima est, quando Neomenie calculus anno communi in feria tertia horas 9, 203. superat. Si enim sit 3, 9, 204, comprehensio fiet in feriam V, quoniam rejicula est IV. Atque hoc Hebrai technico vocabulo *Garrad* appellatur. Nam est feria 3; horæ 9. Porro 7 & 9 signa sunt 204. Hoc verò propterea sancitum est, quoniam si Neomenia Tisri in anno communi statueretur in feria 3, 9, 204, addito caractere mensium XII, qui est 4, 8, 876, sequentis Tisri caractere existeret 7, 18, 0. & in feriam 11. comprehensio fieret. Unde discrimen Tisri antecedentis feria 3; & sequentis feria 11, esset 6, quod in anno communi numquam accidit, alioqui dies haberet 356.

Altera exceptio. Quando Tisri post annum embolimum accidit feria 11. post horas 15, 588, transfertur in feriam 111. Nam si Tisri feria 2, 15, 589. defigatur, deducto caracteristico mensium XII, id est anni embolimi, antecedens Tisri inicit feria 3, 18, 0, & in feriam V. comprehensio fiet. Ita discrimen utriusque Tisri esset 4, quod in embolimo anno fieri nequit. Hoc Judæi vocant, *בטו תקפת* *Batu takphat*. Nam 2 est feria 11, horæ 15, alterum vocabulum, 589. valet.

His animadvertis, qualitas anni, hoc est deficientis, ordinarii, vel abundantis conditio, sequentibus regulis discernetur, tam in anno communi, quam in embolimo. Utriusque verò quatuor sunt, pro numero feriarum, quibus Neomenia Tisri contingere potest.

Canones Neomenia Tisri in anno communi.

I. QUANDO Neomenia Tisri accidit feria 11, ita ut Novilunium calculus sit à feria 7, 18, 0, ad 1, 9, 203, annus erit deficientis. Sin contingat à feria 1, 9, 204, ad 2, 15, 588. post embolimum, vel ad 2, 17, 1079. post communem, erit abundans. Ratio regulæ est; quod Novilunium anni sequentis feria V. figitur, quando citra 1, 9, 204. prior Tisri propagetur, in feriam 7. trans-

fertur sequens. unde in priori discrimen utriusque sunt 3; in posteriore 5.

II. Quando Neomenia Tisri cadit in feriam 111, annus est semper ordinarius.

III. Quando Neomenia Tisri contingit feria V, & calculus Novilunii est à 3, 9, 204, ad 5, 9, 203, annus erit ordinarius. Si verò Novilunium à 5, 9, 204. ad 5, 17, 1079. existat, erit abundans.

Utriusque ratio est: quod in priore casu, Novilunium Tisri sequentis incurrit in feriam 11. quare discrimen erit, dies 4, in posteriore, cadet in feriam 3; & discrimen erit dierum 5.

IV. Quoties Neomenia Tisri convenit in feriam VI, si Novilunium epilogifinus incidat à feria 5, 18, 0, ad feriam 6, 9, 203, erit annus deficientis: si quidem annus sequens sit embolimus: sin communis sit, erit deficientis à feria 5, 18, 0. ad 6, 0, 407. at verò à 6, 0, 408, ad 7, 17, 1079, erit abundans.

Ratio regulæ est: quod Neomenia embolimi anni ante horam 18. non desillat à feria 3, ut in anno communi, propter Garrad. Quod si Novilunii caractere sit 5, 18, 0, addito caractere XII. mensium, Tisri sequens erit feria 3. Item si contingat feria 6, 9, 203, sequens Tisri accidit feria 3, 17, 1079, & in embolimo anno hæret in feria 3. Unde discrimen amborum Tisri erit 3, quod est signum anni deficientis. Similiter quando sequens annus communis est, & caractere prioris est 6, 0, 407, sequentis caractere erit 3, 9, 203. Ideò nondum à feria 3. discedet: adeoque discrimen erit 3, at si caractere prioris Tisri sit 6, 0, 408; sequens erit 3, 9, 204, & propter Garrad in V. feriam traductur, eritque discrimen 5, quod est signum abundantis anni communis.

Canones Neomenie Tisri in embolimo anni.

I. QUANDO Neomenia statuitur in feria 11. si contingat à feria 7, 18, 0, ad 1, 20, 490, erit annus deficientis. Sin contingat à feria 1, 20, 491, usque ad 2, 17, 1079, erit abundans. Ratio hæc regulæ est: quoniam si caractere fuerit à feria 1, 18, 0, adjecto caractere anni embolimi, Tisri sequens incidit in feriam VII, naturaliter, ut civiliter. Unde discrimen erit 5, quod est signum deficientis embolimi. At verò si ab 1, 20, 491. contigerit; sequens Tisri in feriam 11. transfertur. Discrimen ergo erit 7.

II. Quoties Neomenia Tisri in feriam 111. incidit, annus est ordinarius.

III. Quando Neomenia Tisri cadit in feriam V; si Novilunium Tisri à 3, 18, 0, ad 4, 11, 694. accidat, annus erit deficientis. Sin Novilunium à 4, 11, 695, ad 5, 17, 1079. incurrat, erit abundans.

Regulæ ratio hæc est. In priori quippe casu, Novilunium sequentis anni statuitur in feria 3. Ideò discrimen est 5. In posteriore cadit in feriam V, & discrimen est 7.

IV. Quando Neomenia Tisri cadit in feriam VII; si Novilunium accidit à feria 5, 18, 0, ad 6, 20, 490, erit annus deficientis. Sin accidat Novilunium à 6, 10, 491. ad usque 7, 17, 1079. erit annus abundans.

Hujus ea ratio est: quod si prius eveniat, Neomenia Tisri sequentis incidit in feriam V, & discrimen est 5. Sin posterius accidat, Neomenia sequens erit feria 7. Discrimen, dies VII.

Ex his canonibus mensium reliquorum Neomeniæ, ac solemnia Judaica pendent. Atque ut de Neomenia Nisan potissimum hic agatur quæ eadem feria semper incidit, qua Pascha celebratur: hæc ante oculos habenda sunt. In anno communi ordinario, Neomeniam Nisan esse cxxxviii. diem à Neomenia Tisri: in communi defectivo, esse cxxxvii: in abundanti esse cxxxix. Item in embolimo ordinario Neomeniam Nisan esse ccviii. diem à Tisri: in defectivo, esse ccvii: in abundanti ccix. Ex quo facile jam erit Nisan, & Paschatis feriam investigare. Si enim feriam Tisri, uno detracto, ad numerum dierum intervalli adjectis, & summam per 7. divideris, quod reliquum est, dabit feriam Nisan, & Paschatis. Quod si intervallum ipsum, uno die minus, ad diem Juliani mensis, in quem Neomenia Tisri competit, addideris; ac de summa ipsa annum integrum Julianum detraxeris, residuum ostendet quoto anni die Neomenia Nisan; indeque XIV. additis, quoto die Pascha contingat.

Quo-

Quocirca proposito quolibet anno, primum Tisri caractere ex methodo superiori capite tradita colligendus est, & notandus annus, eoque communis an embolimus sit. Postea ex superioribus canonibus cum civilis ejus statuenda Neomenia, tum qualitas æstimanda. Demum festa reliqua Judaica, quæ certis in eorum Kalen-

dario sedibus hærent; sed in Juliano ultrò citròque promoventur; investiganda sunt. De his capite sequenti visum est agere, ne quid ad Judaici computi scientiam desit. Quare Judæorum Kalendarium, eorumque festa describemus.

KALENDARIUM JUDAICUM.

Table with columns for TISRI plenus and MARSCHESWAN cavus, containing months (I to XXXIX) and days (D, O, A) for various years.

CASLEU plenus.

	Anni com-munes.			Anni Em-bolimi.		
	D.	O.	A.	D.	O.	A.
I	60	60	61	60	60	61
II	61	61	62	61	61	62
III	62	62	63	62	62	63
IV	63	63	64	63	63	64
V	64	64	65	64	64	65
VI	65	65	66	65	65	66
VII	66	66	67	66	66	67
VIII	67	67	68	67	67	68
IX	68	68	69	68	68	69
X	69	69	70	69	69	70
XI	70	70	71	70	70	71
XII	71	71	72	71	71	72
XIII	72	72	73	72	72	73
XIV	73	73	74	73	73	74
XV	74	74	75	74	74	75
XVI	75	75	76	75	75	76
XVII	76	76	77	76	76	77
XVIII	77	77	78	77	77	78
XIX	78	78	79	78	78	79
XX	79	79	80	79	79	80
XXI	80	80	81	80	80	81
XXII	81	81	82	81	81	82
XXIII	82	82	83	82	82	83
XXIV	83	83	84	83	83	84
XXV	84	84	85	84	84	85
XXVI	85	85	86	85	85	86
XXVII	86	86	87	86	86	87
XXVIII	87	87	88	87	87	88
XXIX	88	88	89	88	88	89
XXX	89	90		89	90	

Neomenia.

Jejunium. Joa-kim combussit volumen à Ba-ruch scripsum Jeremia dictan-te.

Encenia per octo dies 1. Macch. iv. 59. Eadem celebra-tas lamina-rium dicitur. Josephus lib. xii. c. xi. Extimetur dies in anno Desi-ciente.

TEBET cavus.

	Anni com-munes.			Anni Embo-limi.		
	D.	O.	A.	D.	O.	A.
I	89	90	91	89	90	91
II	90	91	92	90	91	92
III	91	92	93	91	92	93
IV	92	93	94	92	93	94
V	93	94	95	93	94	95
VI	94	95	96	94	95	96
VII	95	96	97	95	96	97
VIII	96	97	98	96	97	98
IX	97	98	99	97	98	99
X	98	99	100	98	99	100
XI	99	100	101	99	100	101
XII	100	101	102	100	101	102
XIII	101	102	103	101	102	103
XIV	102	103	104	102	103	104
XV	103	104	105	103	104	105
XVI	104	105	106	104	105	106
XVII	105	106	107	105	106	107
XVIII	106	107	108	106	107	108
XIX	107	108	109	107	108	109
XX	108	109	110	108	109	110
XXI	109	110	111	109	110	111
XXII	110	111	112	110	111	112
XXIII	111	112	113	111	112	113
XXIV	112	113	114	112	113	114
XXV	113	114	115	113	114	115
XXVI	114	115	116	114	115	116
XXVII	115	116	117	115	116	117
XXVIII	116	117	118	116	117	118
XXIX	117	118	119	117	118	119

Neomenia.

Jejunium. Scripta est lex Græcè in die-bus Ptolemæ regis. Tene-bræ triduo pe-totum orbem.

Jejunium. cu-jus causâ la-tet.

Jejunium. quando obi-deri cepta Je-rosolyma à re-gè Babylonis.

SCHEBAT plenus.

	Anni com-munes.			Anni Embo-limi.		
	D.	O.	A.	D.	O.	A.
I	118	119	120	118	119	120
II	119	120	121	119	120	121
III	120	121	122	120	121	122
IV	121	122	123	121	122	123
V	122	123	124	122	123	124
VI	123	124	125	123	124	125
VII	124	125	126	124	125	126
VIII	125	126	127	125	126	127
IX	126	127	128	126	127	128
X	127	128	129	127	128	129
XI	128	129	130	128	129	130
XII	129	130	131	129	130	131
XIII	130	131	132	130	131	132
XIV	131	132	133	131	132	133
XV	132	133	134	132	133	134
XVI	133	134	135	133	134	135
XVII	134	135	136	134	135	136
XVIII	135	136	137	135	136	137
XIX	136	137	138	136	137	138
XX	137	138	139	137	138	139
XXI	138	139	140	138	139	140
XXII	139	140	141	139	140	141
XXIII	140	141	142	140	141	142
XXIV	141	142	143	141	142	143
XXV	142	143	144	142	143	144
XXVI	143	144	145	143	144	145
XXVII	144	145	146	144	145	146
XXVIII	145	146	147	145	146	147
XXIX	146	147	148	146	147	148
XXX	147	148	149	147	148	149

Neomenia.

Jejunium. Mortui sunt seniores, qui fuerunt tem-pore Josue fi-lii Nan.

Jejunium. Congregati sunt Israelitæ adversus Ben-jamin ob con-cubinam in Gabaa & pro-pter Idolum Micha.

ADARI plenus.

	Anni Embo-limi.		
	D.	O.	A.
I	148	149	150
II	149	150	151
III	150	151	152
IV	151	152	153
V	152	153	154
VI	153	154	155
VII	154	155	156
VIII	155	156	157
IX	156	157	158
X	157	158	159
XI	158	159	160
XII	159	160	161
XIII	160	161	162
XIV	161	162	163
XV	162	163	164
XVI	163	164	165
XVII	164	165	166
XVIII	165	166	167
XIX	166	167	168
XX	167	168	169
XXI	168	169	170
XXII	169	170	171
XXIII	170	171	172
XXIV	171	172	173
XXV	172	173	174
XXVI	173	174	175
XXVII	174	175	176
XXVIII	175	176	177
XXIX	176	177	178
XXX	177	178	179

MENSIS EMBOLIMUS

ADAR II. cavus.			NISAN plenus.							
	Anni communes.	Anni Embolimi.		Anni communes.	Anni Embolimi.					
						D.	O.	A.	D.	O.
I	Neomenia.	148	149	150	178	179	180			
II		149	150	151	179	180	181			
III		150	151	152	180	181	182			
IV		151	152	153	181	182	183			
V		152	153	154	182	183	184			
VI		153	154	155	183	184	185			
VII	Jejunium. Moritur Moyses magister noſter.	154	155	156	184	185	186			
VIII		155	156	157	185	186	187			
IX	Jejunium. Scholz Samai, & Hillel contendere coeperunt.	156	157	158	186	187	188			
X		157	158	159	187	188	189			
XI		158	159	160	188	189	190			
XII		159	160	161	189	190	191			
XIII	Festivitas ſecreta. Nicanor occiditur. Jejunium Ethier. Madochæus. Paurim Sorium minus Feſtum.	160	161	162	190	191	192			
XIV		161	162	163	191	192	193			
XV	Sortium majus.	162	163	164	192	193	194			
XVI		163	164	165	193	194	195			
XVII		164	165	166	194	195	196			
XVIII		165	166	167	195	196	197			
XIX		166	167	168	196	197	198			
XX		167	168	169	197	198	199			
XXI		168	169	170	198	199	200			
XXII		169	170	171	199	200	201			
XXIII		170	171	172	200	201	202			
XXIV		171	172	173	201	202	203			
XXV		172	173	174	202	203	204			
XXVI		173	174	175	203	204	205			
XXVII		174	175	176	204	205	206			
XXVIII		175	176	177	205	206	207			
XXIX		176	177	178	206	207	208			
I	Neomenia.	177	178	179	207	208	209			
II	Jejunium quod eo die mortui ſunt Aaronis filii.	178	179	180	208	209	210			
III		179	180	181	209	210	211			
IV		180	181	182	210	211	212			
V		181	182	183	211	212	213			
VI		182	183	184	212	213	214			
VII		183	184	185	213	214	215			
VIII		184	185	186	214	215	216			
IX		185	186	187	215	216	217			
X	Jejunium. Moritur Mariani. Eligitur agnus maſtandus xiv. die.	186	187	188	216	217	218			
XI		187	188	189	217	218	219			
XII		188	189	190	218	219	220			
XIII		189	190	191	219	220	221			
XIV	Pafcha. Exterminium fermenti.	190	191	192	220	221	222			
XV	Prima dies Azymorum.	191	192	193	221	222	223			
XVI	Omeri five manipulus frugum.	192	193	194	222	223	224			
XVII		193	194	195	223	224	225			
XVIII		194	195	196	224	225	226			
XIX		195	196	197	225	226	227			
XX		196	197	198	226	227	228			
XXI	Solemnitas. Finis Azymorum.	197	198	199	227	228	229			
XXII		198	199	200	228	229	230			
XXIII		199	200	201	229	230	231			
XXIV		200	201	202	230	231	232			
XXV		201	202	203	231	232	233			
XXVI	Jejunium. Moritur Joſue filius Nua.	202	203	204	232	233	234			
XXVII		203	204	205	233	234	235			
XXVIII		204	205	206	234	235	236			
XXIX		205	206	207	235	236	237			
XXX		206	207	208	236	237	238			

IIAR cavus.			SIWAN plenus.								
	Anni communes.	Anni Embolimi.		Anni communes.	Anni Embolimi.						
						D.	O.	A.	D.	O.	A.
I			207	208	209	237	238	239			
II			208	209	210	238	239	240			
III			209	210	211	239	240	241			
IV			210	211	212	240	241	242			
V			211	212	213	241	242	243			
VI			212	213	214	242	243	244			
VII			213	214	215	243	244	245			
VIII			214	215	216	244	245	246			
IX			215	216	217	245	246	247			
X	Jejunium. Moritur Heli Sacerdos, & ambo filii ejus. Arca capitur.	216	217	218	246	247	248				
XI		217	218	219	247	248	249				
XII		218	219	220	248	249	250				
XIII		219	220	221	249	250	251				
XIV		220	221	222	250	251	252				
XV		221	222	223	251	252	253				
XVI		222	223	224	252	253	254				
XVII		223	224	225	253	254	255				
XVIII		224	225	226	254	255	256				
XIX		225	226	227	255	256	257				
XX		226	227	228	256	257	258				
XXI		227	228	229	257	258	259				
XXII		228	229	230	258	259	260				
XXIII	Solemnitas. Simon Gazam capit.	229	230	231	259	260	261				
XXIV		230	231	232	260	261	262				
XXV		231	232	233	261	262	263				
XXVI		232	233	234	262	263	264				
XXVII		233	234	235	263	264	265				
XXVIII	Jejunium. Moritur Samuel.	234	235	236	264	265	266				
XXIX		235	236	237	265	266	267				
I	Neomenia.	236	237	238	266	267	268				
II		237	238	239	267	268	269				
III		238	239	240	268	269	270				
IV		239	240	241	269	270	271				
V		240	241	242	270	271	272				
VI	Pentecoste: five feſtum hebdomadarum.	241	242	243	271	272	273				
VII		242	243	244	272	273	274				
VIII		243	244	245	273	274	275				
IX		244	245	246	274	275	276				
X		245	246	247	275	276	277				
XI		246	247	248	276	277	278				
XII		247	248	249	277	278	279				
XIII		248	249	250	278	279	280				
XIV		249	250	251	279	280	281				
XV		250	251	252	280	281	282				
XVI		251	252	253	281	282	283				
XVII		252	253	254	282	283	284				
XVIII		253	254	255	283	284	285				
XIX		254	255	256	284	285	286				
XX		255	256	257	285	286	287				
XXI		256	257	258	286	287	288				
XXII		257	258	259	287	288	289				
XXIII	Jejunium: quod deſerunt Tribus x. primitias portare Hierofolymam tempore Jeroboam.	258	259	260	288	289	290				
XXIV		259	260	261	289	290	291				
XXV	Jejunium: Occiditur R. Simeon Gamalielis F. R. Hmael Eliſai F. & R. Hani nam ſecundus à Pontifice.	260	261	262	290	291	292				
XXVI		261	262	263	291	292	293				
XXVII	Jejunium. R. Hanina.	262	263	264	292	293	294				
XXVIII	Tardion F. combuſtus eſt cum legis volumine.	263	264	265	293	294	295				
XXIX		264	265	266	294	295	296				
XXX		265	266	267	295	296	297				

T A M U Z / cavus.

Anni	D.	O.	A.	Anni Em- bolimi.		
				D.	O.	A.
I	266	267	268	296	297	298
II	267	268	269	297	298	299
III	268	269	270	298	299	300
IV	269	270	271	299	300	301
V	270	271	272	300	301	302
VI	271	272	273	301	302	303
VII	272	273	274	302	303	304
VIII	273	274	275	303	304	305
IX	274	275	276	304	305	306
X	275	276	277	305	306	307
XI	276	277	278	306	307	308
XII	277	278	279	307	308	309
XIII	278	279	280	308	309	310
XIV	279	280	281	309	310	311
XV	280	281	282	310	311	312
XVI	281	282	283	311	312	313
XVII	282	283	284	312	313	314
XVIII	283	284	285	313	314	315
XIX	284	285	286	314	315	316
XX	285	286	287	315	316	317
XXI	286	287	288	316	317	318
XXII	287	288	289	317	318	319
XXIII	288	289	290	318	319	320
XXIV	289	290	291	319	320	321
XXV	290	291	292	320	321	322
XXVI	291	292	293	321	322	323
XXVII	292	293	294	322	323	324
XXVIII	293	294	295	323	324	325
XXIX	294	295	296	324	325	326

A B / plenus.

Anni	D.	O.	A.	Anni Em- bolimi.		
				D.	O.	A.
I	295	296	297	325	326	327
II	296	297	298	326	327	328
III	297	298	299	327	328	329
IV	298	299	300	328	329	330
V	299	300	301	329	330	331
VI	300	301	302	330	331	332
VII	301	302	303	331	332	333
VIII	302	303	304	332	333	334
IX	303	304	305	333	334	335
X	304	305	306	334	335	336
XI	305	306	307	335	336	337
XII	306	307	308	336	337	338
XIII	307	308	309	337	338	339
XIV	308	309	310	338	339	340
XV	309	310	311	339	340	341
XVI	310	311	312	340	341	342
XVII	311	312	313	341	342	343
XVIII	312	313	314	342	343	344
XIX	313	314	315	343	344	345
XX	314	315	316	344	345	346
XXI	315	316	317	345	346	347
XXII	316	317	318	346	347	348
XXIII	317	318	319	347	348	349
XXIV	318	319	320	348	349	350
XXV	319	320	321	349	350	351
XXVI	320	321	322	350	351	352
XXVII	321	322	323	351	352	353
XXVIII	322	323	324	352	353	354
XXIX	323	324	325	353	354	355
XXX	324	325	326	354	355	356

ELUL.

Anni	D.	O.	A.	Anni Em- bolimi.		
				D.	O.	A.
I	325	326	327	355	356	357
II	326	327	328	356	357	358
III	327	328	329	357	358	359
IV	328	329	330	358	359	360
V	329	330	331	359	360	361
VI	330	331	332	360	361	362
VII	331	332	333	361	362	363
VIII	332	333	334	362	363	364
IX	333	334	335	363	364	365
X	334	335	336	364	365	366
XI	335	336	337	365	366	367
XII	336	337	338	366	367	368
XIII	337	338	339	367	368	369
XIV	338	339	340	368	369	370
XV	339	340	341	369	370	371
XVI	340	341	342	370	371	372
XVII	341	342	343	371	372	373
XVIII	342	343	344	372	373	374
XIX	343	344	345	373	374	375
XX	344	345	346	374	375	376
XXI	345	346	347	375	376	377
XXII	346	347	348	376	377	378
XXIII	347	348	349	377	378	379
XXIV	348	349	350	378	379	380
XXV	349	350	351	379	380	381
XXVI	350	351	352	380	381	382
XXVII	351	352	353	381	382	383
XXVIII	352	353	354	382	383	384
XXIX	353	354	355	383	384	385

Kalendarium hoc Hebræorum festa quædam illorum ac jejunia continet, quæ partim à Deo mandata, partim à Judæis ipsis instituta sunt. A Deo quidem hæc edita sunt; Neomeniæ mensium, maximeque Tifri, Pascha, Pentecoste, Scenopegia; Festum Kippurim. Cetera partim in sacris litteris auctoritatem habent; ut festum Sortium; partim à Judæis ex traditione constant. De nonnullis ordine pauca dicenda sunt.

Imprimis Neomeniæ mensium omnium peculiaribus ceremoniis, ac sacrificiis celebrari consueverant. Num. cap. xxviii, ac nonnullis etiam in locis biduo instaurari mos fuit; nec ea tantum; sed & reliqua solemnia. Quod R. Mosés Ben Maimon I. Par. Iad, Tract. Kiddusch hahodesch, c. v, & ejus Glossa declarant. Erenim stante Templo, & post ejus everisionem, ad annum ferè Christi quingentesimum; quamdiu Synedria primum Jerosolymis, tum in Palæstina reliqua supererunt, Neomenias lunares *Sancti* ex visione Lunæ denunciabant, constitutis speculatoribus, qui in editis locis corniculatam Lunam observabant, qui subinde ad Synedrium reversi, visam à se Lunam referebant. Tum apostoli ac nuntii per urbes, pagosque dimissi, qui constitutam à confessu Neomeniæ diem denunciarent. Qui ei loco, ubi Synedrium erat propinquiores essent, uno die Neomenias, ac solemnia celebrabant, qui longius habitabant, biduo. Quod & hodieque *Sancti* retinent; postquam ex computo

& scripto Neomeniæ definiti cœpta. Quare tricesima dies mensis, & Neomenia sequentis festa fuerunt. Propterea *tricesima Sabbata* Horatius appellavit. Vide cap. v, Tract. Kiddusch. In eodem Tract. cap. 111. sex mensium Neomeniæ memorantur, quæ per nuncios indici solebant. Nisan propter Pascha; Ab propter Jejunium; Elul, propter Neomeniam Tifri; Item Tifri ob festorum, quæ in illum incurunt, dispositum; Chaf-leu propter Encæniam; Adar propter Phurim. Stante Templo Iar accedebat, ob Pascha minus, quod im-mundi celebrabant. Ex iis celeberrima fuit Neomenia Tifri; à qua civilis anni principium, & Jobelzi, ac Semitah. Eodem die tubæ clangere solebant: Levit. xxi 11, 24; & Numer. xxxix, 1. quod in Isaaci memoriam & eade liberati putant institutum fuisse: ut Aben Hezra, & R. Selomoh testantur. Accedebat & solemnè jejunium: tum feriatio ab opere omni, non aliter atque in Sabbato, ut Abulensi, Ribera, aliisque placet. Nam reliquis in festis à servili dumtaxat opere cessabant; quæ autem victui erant necessaria parabant. In Sabbatis neutrum fas putant: adeo ut ne ignem quidem accendere tum liceat, nisi propter agrotos. Eadem ergo religione diem Kippurim obstrictum fuisse plerique sentiunt. Ribera porro lib. v. de Templo, cap. v, regulam hanc affert: Quoties ab omni opere cessare lex præcipit; intelligi ne cibos quidem illo die parandos esse: Cum autem ab omni opere servili feriatij jubet, licere cibaria coquere. * Ac per Sabbatum quidem

Ecc dem

* Tertulliani contra Judæos Cap. IV. de Sabbato legit Exodi xx. Omne opus servile non faciatis in eo.

dem simpliciter omne opus interdicitur. De die x. Tisri idem caveri cenfet Ribera, Levit. xxiii. & Numer. xxix. Nam Levit. xxiii. comm. 28. legendum cenfet: *Omne opus non facietis in tempore diei hujus*: quamvis in nonnullis codicibus scriptum sit: *Omne opus servile*: quod expungendum existimat: cum nec in Hebræo contextu, nec in Græco vox illa compareat: uti neque Numer. xxix. 7. Nihilominus in vulgatis Latinis, jisdemque calligatis adjecta vox est, *servile*: ob quam Torneilius arbitratur servile dumtaxat opus illo die fuisse vetitum. Utrique sententiæ probabilitas sua constat. Nos in priorem propensiores sumus. Igitur Sabbatis, & decima die Tisri nihil penitus operis exercere licuit; in reliquis festis, Paschatis prima & septima die, Pentecostes, Tubarum, Tabernaculorum prima & octava die, servile dumtaxat opus excipiebatur. In Neomeniis, & Azymorum, ac Tabernaculorum ceteris diebus de cessando ab opere nihil in lege conceptum est. R. David Kimhius in i. Samuelis, cap. xx. 19, suspicatur Davidis tempore Neomenias ab opere servili feriatas fuisse; sicut hodie, inquit, mulieres faciunt. Et apparet propter Korban Neomeniæ multos tunc ab opere cessasse. Ceteros illius diei ritus cum è sacris libris; tum ex Abulen- sis, & Ribera commentariis petere licet.

Scenopegia: solemne describitur eodem capite Levit. xxiii. 1. & à Josepho lib. iiii. Orig. cap. x. Septem dies integros tenebat festivitas, per quos in Tabernaculis degebant, ac sacrificia frequentabant, ramos salignos, aut è palmis, manu præferentes. Porro festum illud Tabernaculorum Josephus diebus octo definit. Verùm septeni dumtaxat festi ipsi tribuuntur Levit. xxiii. octavus autem dies, qui proximè sequitur; solemnis & ipse fuit, qui *scenopegia* dicitur. eorum atque collectam Latinus interpres reddidit. Neque verò collecta nominatur ideo, quòd pecunia illo die contribuerentur, sed quia tum in Templum sacrorum causa convenirent. Hebraicum verbum propriè coëtere, claudere significat. Unde *scenopegia* interpretè R. Davide in Dictionario; cœtus est, & congregatio hominum certum in locum, quod in eo contineantur. Festum autem ipsum ita dicitur, quod tum ab omni opere servili coëreantur; vel quod finito antecedente solemni, rursus in illo coëreantur, idque celebrent homines. Ità Kimhius. Aliis placet idem nomen interpretari ab eo, quod antecedentis festi clausula sit, id est ultimus dies, quomodo in exercitu claudere agmen dicitur *si egebat*. Ita Pentecoste propriè *scenopegia* sive inflexione Aramaea, & emphatica *scenopegia* ut Josephus testatur. qui pessimè *scenopegia* hac voce significari dicit cum ad eundem sensum referenda sit, interditi vel clausula. Nam hebdomadarum septem, quæ post Omer numerate sunt, clausula fuit; idemque solemnis dies, & ab opere feriatas. Postremò Tabernaculorum die septimo, septies altare circumbant cum palmis, & ramalibus, ut eversæ Jerichuntis, ac toties circumdata memoriã referrent. Ideò festum ramorum dies ille nuncupatur.

Paschatis festum Judaicorum omnium solemniũ caput; ac *pascha* xiv. die Nisan ad vespèram inibat, quando agnum immolabant inter vespèras duas, hoc est ab hora die nona, quæ lucis est vespèra, inclinante jam in occasum die, ad noctis initium, quod tempus propriè *pascha* vocatur. *pascha* tamen in totum diem appellatio redundat. Neque verò audiendi illi sunt, qui ad vespèram decimæ tertiæ diei Nisan, à qua xiv. dies incipit, immolatum fuisse Pascha sentiunt. quos & ex Scripturæ verbis, & ex Josepho bene refellit Ribera noster lib. v. de Templo, & Serrarius in cap. v. Josue. Quest. xxxix. qui ad idem caput omnia illa, quæ ad Paschatis solemne pertinent, accuratissimè pertractat. Cum Paschali festo conjuncta fuit azymorum solemnitatis, cui septem dies attributi; nimirum à vespèra diei xiv, sive ab ineunte nocte decima quinta, ad initium noctis xxii, hoc est ad vespèram lucis xxi. Exodi xxi, Levit. xxiii. Primum igitur xiv. die fermentum omne conquirebant, & extirpabant: *pascha* appellat; dequè hora, & momento superflitiosè disputant. Vide Misnaioth, Tract. happesachim. Tum ad vespèram agnum immolabant, vel patresfamilias ipsi, ut plerique sentiunt; quibus ego Tisriensis subscribo: vel Levitæ, sive Sacerdotes; quam in sententiam Serrarius inclinat. Postera luce prima dies erãt azymorum, quæ ab vespèra ipsa, qua epulum Paschale celebratum est, initium fucebat, eaque so-

lemnis erat, ut & septima. Admonet Hebræorum magistri azymorum eum prima Paschali vespèra præceptum fuisse; reliquis diebus permissum, non tamen imperatum: ita tamen ut aliis omnibus quam fermentatis uterentur. Vide quæ ex R. Selomoh, R. Mote Maimonida, & Aben Hezra in Animadvers. Epiphani. ad Hæref. xxx. discernimus.

Secunda die *scenopegia*, quæ erat xvi. mensis, primitias hordeaceæ mellis offerbant; uti citatis antè capitibus edicitur; ac Josephus libro iiii. Orig. c. x. refert. Qui dies *scenopegia* ab Hebræis, id est manipulus vocatur. Ab hoc verò die septem plenas hebdomadas; id est xlii. dies putare jussi sunt; quarum clausula, ultimisque dies fuit *scenopegia*, tertium ex præcipuis Judaicorum solemnitatis; quòd perpetuò quinquagesimo ab Omer die celebrabatur, hoc est sexta die mensis Siwan. Itaque dies ipse xvi. Nisan ab hebdomadarum numero exclusus est. Eadem Pentecostes dies peculiariter nomine *scenopegia* vocabatur, uti paulò antè monuimus. In ea triticeæ mellis primitias offerbant. Exod. xxxiv. 22, & panes primitiarum duos, Levit. xxiii. 17. Hactenus primaria Judaicorum festa, quæ festa, quæ nominatim in lege veteri à Deo constituta sunt, reliqua deinde successerunt, quorum partim sacris libris origo, vel mentio continetur; partim à magistris auctoritas, institutioque profecta est.

In Scripturis horum constitutio proditur: i. Enceniorum Machabæi die xxv. mensis Casleu. Quòd solemne *scenopegia* nominari solemne auctor est Josephus, quod ex insperato falsus assulserit, quando Judas Machabæus templum expiavit, ac patrios ritus instauravit. Eodem in festo Scenopegia ritus quoddam usurpabant. Unde & Scenopegia i. Machab. i. 9, & 18. appellatur. Celebrabatur octo diebus; quorum in primo ignis Neemia dati memoria colebatur, ut eodem capite legitur. ii. Phurim, sive Sortium, cujus origo festi Esther ix. describitur. Biduo peragebatur, xiv, & xv. die. At xiii. die Jejunium indixerunt. Atqui Machab. i. cap. vii. 49, idem ille dies solemni lætitia, & hilaritate consecratus est, ob interfectum Nicanorem, & ingentem victoriam eo die reportatam. Itaque Jejunium illud recentioris inventi videri potest. Neque enim in illo capite libri Esther, ubi Sortium solemnitatis instituitur, ejus est expressa mentio, nisi quod commemor. 31. præcipitur observatio jejuniorum, & clamorum, & Sortium, (quod postremum in Hebræo non comparet.) Quòd si jejuniorum nomine decimus tertius dies Adar intelligatur, nisi consuetudine postea desitum sit illo die jejunari, non video quemadmodum lætitia, ac gaudio dicari poterit. Denique non omitendus est error Ruffini, & Gelenii interpretum Josephi: imò verò Græci contextus ipsius Josephi: ubi cum *scenopegia* dies illos appellatos esse perperam scriptum sit, pro *scenopegia*, Ruffinus *conservatoris* vertit, eumque secutus Gelenius. quod & Ribera noster observavit. Ad hæc festum à Simone constitutum, quando eiecit ex arce gentilibus, Jerosolymis potius est. i. Machab. cap. xiii. 52. Ingressus est autem xxiii. die mensis secundi, nempe Iar.

Præter festa Judaicorum, in Calendario jejunia notantur, è quibus unum est maximè solemne x. die Tisri, quo & Expiationum solemne celebratur. Id verò divinitus constitutum est, reliqua postmodum Synagoga decreto sancita sunt. Inter ea verò discrimen illud existit: quòd jejunium illud Kippurim quancumque in diem incidat, etiam si Sabbatum sit, numquam differatur: cetera verò si in Sabbatum incurrant, in sequentem diem prorogantur, aut nonnumquam etiam antevvertuntur. Verbi gratiã: Jejunium Esther xlii. die Adar, quando Neomenia Adar incipit feria ii, cadit in Sabbatum. Postridie, & altero etiam die festa sunt Sortium. Ideò jejunium anticipatur, & feria vi celebratur.

CAPUT XIX.

Explicantur reliqua methodi Judaicæ capita.

CALENDARIUS usus ac methodus est, ut constituta anni cujuslibet quantitate, ejusque Neomenia in anno Juliano reperita, reliqua Neomenias, ac festa suis diebus, ac feriis assignent. Quod exemplis facilius intelligitur. Esto annus suprâ propositus Judaici computi 5385; cujus Tisri iniiit Septembris 111, sive à Kalendis Jan. 246. die, feria 6, o, 267: cyclo Solis 12, Luna 7111. Judaico, Juliano x; litteræ Dominicales Julianæ DC. Gregorianæ GF. Unde Septembris 111. feria vi. in vetere ac Juliano Calendario: in Gregoriano verò Septembris 1111. At verò quoniam feria vi. reicula est, propter Adu, Politica translatione Judæi Tisri suum inierunt Septembris 14, feria vii, qui est Gregorianus usu, Septemb. xiv. Hic annus est embolimaus, cum sit octavus in cyclo Judaico: idemque defectivus: quoniam si ad ejus characterem 6, o, 267, addatur character unus anni embolimaus, qui est 5, 21, 589, conficiet character anni sequentis 4, 21, 856, feria vi, quæ quidem reicula est. Discrimen feria vii, & v. sunt 5. quæ in embolimaus annis defectivum annum arguunt. Atque hoc docet Canon 14. annorum embolimaorum. Libet jam reliqua Neomenias, aut solemnia in anno Juliano deprehendere. Adi Calendarium Judaicum, in eoque versum qualitati anni congruentem, qui dies collectos exhibet. Verbi gratiã querenda sit Neomenia Nisan. In mense Nisan, in columna prima embolimaus anni, cui inscripta est littera D, notatur numerus 207, qui indicat Neomeniam Nisan esse ducentesimum septimum diem à Tisri in anno embolimaus deficiente. Adde igitur 207. ad 246, hoc est ad eum diem, qui proximè Tisri Neomeniam præcedit, conficiet dies 453. Detrahitis 365, quæ sequens annus non est bissextilis, restant 88. Igitur anno sequenti, Christi mxcxxv, Martii xxix, sive die 88. à Kal. Jan. Neomenia Nisan incidet. Ut autem feriam investiges, ad summam dierum è co-

lumna dierum collectorum petitam adde feriam Tisri, unitate detracta. Summa per 7. divisa, dabit feriam. Tisri coepit feria vii. Addantur ergo vi. ad 207, sicut 213, quæ per 7. divisa relinquunt 3. Igitur Nisan coepit feria 111. Er revera anno sequenti, cyclo Solis Juliano x, littera B dabit feriam 111, Martii xxix. In Gregoriano verò Calendario, quoniam Tisri cadit in Septembris xiv, qui est dies cccvii. à Kalendis Jan. si ad 256. adjicias 207, conflabis dies 463; de quibus deductis 365, supererunt 98. Quare Aprilis 1111. Neomenia Nisan incidet feria 111, littera E. Addantur porrò dies xiii. ad Neomeniam Nisan, Pascha conveniet in Aprilis xi, sive Gregoriano ritu in xx1, utrobique feria 11. Quòd si Paschatis nomine primam ipsam azymorum intelligas, quæ Judaicè ab antecedente vespèra incipit, xiv. dies ad Neomeniam Nisan adde. atque ita in eandem feriam incidet Pascha, unde Nisan incipit. Quòd si citra Neomeniam Nisan, Pascha solum requiratur, dierum collectorum summam in columna propria ad illud adscriptam adde: quæ est 220. Ea cum 246, composita dant 466. Detrahitis 365, restant 101, qui est xi. Aprilis. Additis ad 101, 6, hoc est characterè Tisri, minus unitate, & divisio 107, per 7, superiunt 2, qui est character Paschatis. Quando summa collectorum dierum ultra bissextilis diei sedem, hoc est xxiv. Martii procedit; tunc de dierum numero, 366 eximendi sunt.

Ut autem majori compendio Neomeniarum, festorumque præcipuorum, ac jejuniorum characteres, id est ferie deprehendantur, tabulas duas hic describam ex Paulo Forosempronienfi, & Munstero petitas: quarum altera communibus annis, embolimaus altera serviet. In fronte Tabula ferie notatae sunt, à quibus incipiunt anni. à lævo latere Neomeniæ, ac solemnia præcipua præscripta sunt: his in proselide, sive communi angulo, sub feria frontali, numerus proprius, sive character respondet. Annus à nobis propositus Judaici computi 5385. est embolimaus deficiens. In 11. Tabula anni embolimaus in fronte cape annum deficientem, qui feria vii. incipit, & à lævo latere Neomeniam Nisan, vel Pascha. in angulo communi reperies feriam 3.

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	31	32	33	34	35	36	37	38	39	40	41	42	43	44	45	46	47	48	49	50	51	52	53	54	55	56	57	58	59	60	61	62	63	64	65	66	67	68	69	70	71	72	73	74	75	76	77	78	79	80	81	82	83	84	85	86	87	88	89	90	91	92	93	94	95	96	97	98	99	100
---	---	---	---	---	---	---	---	---	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	-----

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28	29	30	31	32	33	34	35	36	37	38	39	40	41	42	43	44	45	46	47	48	49	50	51	52	53	54	55	56	57	58	59	60	61	62	63	64	65	66	67	68	69	70	71	72	73	74	75	76	77	78	79	80	81	82	83	84	85	86	87	88	89	90	91	92	93	94	95	96	97	98	99	100
---	---	---	---	---	---	---	---	---	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	----	-----

TABULA FESTORUM IN ANNO communi.

Table with 7 columns: Ordo Neomeniarum ac Festorum Veteris legis, and six columns for different year types (Annus deficiens a feria 2, Annus abundans a feria 2, Annus ordinarius a feria 3, Annus ordinarius a feria 5, Annus abundans a feria 5, Annus deficiens a feria 7, Annus abundans a feria 7). Rows list various feasts like Neomenia Tisri, Jejunium Godolia, etc.

TABULA

TABULA

TABULA FESTORUM IN ANNO embolimaio.

Table with 7 columns: Ordo Neomeniarum ac Festorum Veteris legis, and six columns for different year types (Annus Ab. feria 2, Ordinar. a feria 3, Deficiens a feria 5, Ab. feria 5, Defic. a feria 7, Ab. feria 7, Def. feria 2). Rows list various feasts like Neomenia Tisri, Jejunium Godolia, etc.

Methodus tabulae est. Dato quolibet anno, primum e superioribus regulis conditionem illius exquire: hoc est communis an embolimaus sit; abundans, an ordinarius, aut deficiens; nec non a qua feria Neomenia Tisri incit. Haec ubi repereris confer in frontem tabulae: & in angulo communi, sive profelide, festi, vel Neomeniae respondentis characterem accipe. Quae cellae binos numeros habent, ex docent biduo Neomenias istas a Judaeis celebrari. Sed prior numerus est ultima dies antecedentis mensis. Posterior ipsa est Neomenia.

Postremo uti Canones ipsos, totumque Judaicæ methodi negotium velut in rem presentem deducti tyrones intelligant, visum est annorum XIX. Laterculum hic adscribere, in quo ad annos singulos Neomenia Tisri

cum Gregoriani Kalendarii die, & characterē proprio: nec non Paschatis dies, & character adscribatur, adjuncta & anni conditione: utputa num ordinarius sit, an abundans, aut deficiens. Decem itaque versibus tabula constabit. Primus annos Christi continebit, quorum ab autumno Tisri incipit. Secundus cyculum lunarem Judaicum. Tertius novilunium Tisri. Quartus litteram Dominicalem Gregorianam. Quintus diem ipsum anni vulgaris ex Gregoriana castigatione, in quem Neomenia Tisri civilis incurrit. Sextus feriam, sive characterem Neomeniae Tisri. Septimum diem in anno Gregoriano, cui Pascha Judaicum tribuitur. Octavus ejusdem feriam. Nonus qualitatem anni. Postremus annum ipsum Judaicum.

Small table with 4 columns and 4 rows, likely a calendar or reference table for the text.

Methodus tabulae est. Dato quolibet anno, primum e superioribus regulis conditionem illius exquire: hoc est communis an embolimaus sit; abundans, an ordinarius, aut deficiens; nec non a qua feria Neomenia Tisri incit. Haec ubi repereris confer in frontem tabulae: & in angulo communi, sive profelide, festi, vel Neomeniae respondentis characterem accipe. Quae cellae binos numeros habent, ex docent biduo Neomenias istas a Judaeis celebrari. Sed prior numerus est ultima dies antecedentis mensis. Posterior ipsa est Neomenia.

cum Gregoriani Kalendarii die, & characterē proprio: nec non Paschatis dies, & character adscribatur, adjuncta & anni conditione: utputa num ordinarius sit, an abundans, aut deficiens. Decem itaque versibus tabula constabit. Primus annos Christi continebit, quorum ab autumno Tisri incipit. Secundus cyculum lunarem Judaicum. Tertius novilunium Tisri. Quartus litteram Dominicalem Gregorianam. Quintus diem ipsum anni vulgaris ex Gregoriana castigatione, in quem Neomenia Tisri civilis incurrit. Sextus feriam, sive characterem Neomeniae Tisri. Septimum diem in anno Gregoriano, cui Pascha Judaicum tribuitur. Octavus ejusdem feriam. Nonus qualitatem anni. Postremus annum ipsum Judaicum.

Ecc 3

TABULA

TABULA NEOMENIÆ CIVILIS ANNI
Judaici, & Paschatis ad annos XIX.

Anni Christi à quibus Tifri cepit	Cyclus Judaicus.	Novilunium Tifri.	Littera Dominicalis Gregoriana.	Neomenia civilis dies.	Feria Tifri.	Dies Paschalis in anno Gregoriano sequente.	Feria Paschatis.	Qualitas anni.	Anni Judaici.
E. 1624	8	6 0 267	G F	Sept. XIV	7	Aprilis XXII	3	Def.	5385
1625	9	4 21 856	E	Octobr. II	5	Aprilis XI	7	Ord.	5386
1626	10	2 6 652	D	Sept. XXI	2	Aprilis I	5	Ab.	5387
E. 1627	11	6 15 448	C	Septemb. XI	7	Aprilis XVIII	3	Def.	5388
1628	12	5 12 1037	B A	Sept. XXVIII	5	Aprilis VIII	1	Ab.	5389
1629	13	2 21 833	G	Sept. XVII	3	Martii XXVIII	5	Ord.	5390
E. 1630	14	7 6 629	F	Septemb. VII	7	Aprilis XVII	5	Ab.	5391
1631	15	6 4 138	E	Sept. XXVII	7	Aprilis VI	3	Def.	5392
1632	16	3 12 1014	D C	Sept. XVI	5	Martii XXVI	7	Ord.	5393
E. 1633	17	7 21 810	B	Septemb. V	2	Aprilis XII	5	Def.	5394
1634	18	6 19 319	A	Sept. XXI	7	Aprilis III	3	Ab.	5395
E. 1635	19	4 4 115	G	Sept. XII	5	Aprilis XX	1	Def.	5396
1636	1	3 1 704	F E	Sept. XXX	3	Aprilis IX	5	Ord.	5397
1637	2	7 10 500	D	Sept. XIX	7	Aprilis XXX	3	Ab.	5398
E. 1638	3	4 19 296	C	Septemb. IX	5	Aprilis XIX	3	Ab.	5399
1639	4	3 16 885	B	Sept. XXIX	5	Aprilis VII	7	Ord.	5400
1640	5	1 1 681	A G	Sept. XVII	2	Martii XXVI	3	Ab.	5401
E. 1641	6	5 10 477	F	Septemb. V	5	Aprilis XV	3	Def.	5402
1642	7	4 7 1066	E	Sept. XXV	5	Aprilis IV	7	Ord.	5403

In hoc Laterculo periclitari potes regulas omnes, & cautiones, anni Judaici. Imprimis enim Neomenia Tifri numquam incidit in Adu, id est in feriam 1, 4, 6. Neomenia Nisan, adeoque Pascha, numquam in Bada: sive feriam 2, 4, 6. Deinde ex characteribus inter se comparatis qualitatem annorum potes cognoscere. Annus 5385, incipit à feria 7. Fit enim translatio Politica propter Adu, & est embolimus, utpote cycli octavus. Sequens annus incipit feria 5. Discrimen amborum 5. Proinde defectivus est prior, quod & canon quartus Neomenia Tifri in annis embolimus supra à nobis propositus exigit. Eadem est insequentium annorum methodus, quam singillatim ad Canones proprios accommodare licet.

CAPUT XX.

De Tekupha Judaica communi, & Sammelitica.

TEKUPHAM Hebraei vocant cardinem anni quadruplicem, sive momenta quatuor, quibus praecedens anni tempestas in sequentem definit, cum eaque connectitur. Porro cum duplex à Judaicis observetur anni forma, Juliana, & Addae; quarum illa diebus constat cccclxv, horis vi; ista diebus cccclxv, horis v, 997½; si uterque modus anni quatuor in partes aqua-

Anni Juliani quadrienni.	TISRI.	TEBETH.	NISAN.	TAMUZ.
B.	I	N. 9 0	D. 4 30	N. 7 30
—	II	D. 3 0	D. 10 30	D. 1 30
—	III	D. 9 0	N. 4 30	D. 7 30
—	IV	N. 3 0	N. 10 30	D. 6 0

Habes in hoc diagrammate quota post initium diei vel noctis hora, Tekupha omnes incipiunt in anno quolibet. Quoniam autem à Tekupha Tifri pendet cetera, ejus primum investiganda tradenda ratio est.

Proposito quovis anno Judaico, cyclorum absolutorum epactas, sive Julianum excessum quaerito ex tabu-

les dividitur, cum singulas appellabis Tekuphas; tum momenta ipsa, quibus inter se continuantur. Nos de utraque satis in libro II. & IV. differimus. hic verò qua ad methodum utriusque pertinent brevi compendio praescribemus. ac primum de Tekupha Juliana, sive R. Samuelis agemus, quae quatuor mensibus tribuitur, Tifri, Tebeth, Nisan, & Tamuz. Tekupha Tifri ad xxiv. Septembris affixa est, & ab initio noctis, quae xxii. diem sequitur, putata, horam ab illo nonam, aut xv, aut xxi, aut III. occupat, sine ullis appendicibus horis, aut scrupulis. Annus Julianus per 4. divisus dat unicuique parti dies 91, hor. 7, 30'. Porro bissextilis dies sub ipsum veris initium, adeoque paulò ante Nisan inferitur. Unde anno bissextili, Tekupha Nisan est o. quia ob annum Julianum peraequatum nulla appendices horaria supra dies solidos excurrunt. Quadrantes anni duo, horas 15. praeter 182. dies relinquunt. Ideò supra dies integros horae sunt 15. ab ineunte nocte in anno bissextili, ac Tekupha Tifri hora 15. incipit, sive diurna tertia. Tekupha Tebeth, hora 22, 30'. ab initio noctis, sive 10, 30'. diei, additis videlicet horis 7, 30'. quadrantis anni ad illas 15. Tekupha Nisan, adjectis horis 7, 30'. ad diurnas 10, 30', committitur hora 6. ab initio noctis. Tekupha Tamuz hora 13, 30'. ab eodem initio. atque ita per annos singulos, additis horis 7, 30', Tekupha progressionem faciunt, quod in sequente tabella proponitur.

Tum ab aggregato deducto 12, 20, 204, si potes: si non potes, aggregatum ipsum de 12, 20, 204. subducito. ad residuum adde horas & scrupula Neomenia Tifri: & unum praeterea diem, si quidem de summa deductio facta sit diurnum 12, 20, 204, ac nulla translatio intercesserit. Summa quippe diem & horam Tekupha monstrabit. Translatio verò facta, tot subducendi sunt dies, quot diebus translata Neomenia est. Ac si summa xxx. dies exccerit, deductis xxx, residuum Tekupha ostendet in mense Marchesvan. Quod si de radice diurnum 12, 20, 204, aggregatum, utpote minus, deductum sit; residuum de diebus xxx, horis & scrupulis characteris Neomenia Tifri subducito. quod reliquum est erit dies & hora mensis Elul, quo Tekupha committitur, si nulla translatio fuerit. Sin aliqua facta sit, quot diernum fuit, totidem e numero dies expunge. Exemplo fit annus Judaici computi 5385, quem hoc anno Christi 1624. cepisse diximus. Character Tifri 6, p. 267. Sed propter Adu translatio fit in feriam 7, Septembris XIV. cycli integri 283. jam elapsi sunt cum annis 7, Excessus cyclorum sunt dies 17, 2, 95. Annorum verò VII, 17, 2, 922. Ambo excessus conjuncti dies faciunt 34, 4, 1017. Deductis diebus 12, 20, 204, residui sunt 243, 83, 813. Ad praeter unum diem, horas 0, 267. characteris Tifri, consistit dies 22, 9, 0. Quoniam verò unius est diei translatio facta, exempto uno die, Tekupha Tifri cadit in XXI. diem Tifri, hora 9. post initium noctis Neomenia Tifri in anno Juliano convenit Septembris IV. Igitur XXI. dies Tifri est xxiv. Septembris. qui in anno Gregoriano est IV. Octobris. Quare Tekupha Tifri commissa est Septembris xxiv, hora 9. post initium noctis diei xxiiii; qui nobis fuit Octobris IV. iniens à nocte, quae diem Octobris III. est secuta. Elto rursus annus Christi mdcxv, cyclo Luna vii, Judaico v: Solis x, littera Dominicalis C. Tifri character 2, 16, 571, feria II, Septembris VI. Excessus cyclorum praeteritorum cclxxxiii. est 17, 0, 690. ad quem addito annorum IV. excurrentium, ac praeteritorum excessu, qui est 14, 0, 23. conflantur 31, 0, 713. De quibus detractis 12, 20, 204, restant 18, 4, 509. Adde diem I, & 16, 571. de Neomenia Tifri, sunt dies 19, 21, 0. Ergo XIX. diei Tifri, hoc est Septembris xxiv, hora diei 9, Tekupha Tifri commissa est. Quo in exemplo misere conficiatur Scaliger, lib. I. Haegog. Canon. cap. VI. Can. IX. in Scholio. Item quatuor Tekupha Tifri anno Judaico 4455. Cycli sunt integri Luna cccxxiv, quorum excessus dies colligit 14, 3, 90. superfont anni octo praeteriti, quorum defectus 1, 12, 747. de summa illa subducitur relinquit 12, 14, 422. qui quoniam minores sunt detrahuntur de 12, 20, 204; ut restent dies 0, 5, 862. Character Tifri 6, 2, 861. Translatio verò facta feria est septima, Septembris xxvi, cyclo Solis III, littera C. Igitur de diebus 38, horis 2, 861. detrahe 0, 5, 862, supererunt 29, 21, 0. Et quia translatio fit in unum diem; Tekupha contigit Elul xxviii, hora 21. post initium noctis, sive diurna 9. Est enim annus Periodi Juliana 5407, qui est tertius quadrienni Juliani. Secundum vulgarem Tekupha methodum, quam Scaliger ex Judaicis praescribit, illius anni Tekupha extricari non potest: ut bene Guldinus noster observat lib. v, cap. xii: cujus nos rationem hic complexi sumus.

Inventa Tekupha facile character illius elicietur, si ad dies Tekupha adjiciatur characteris Neomenia Tifri proximè antecedentis unitate minus; ac de summa septenarii omnes eximantur. Velut anno Judaico 5385, qui incipit anno Christi mdcxxiv, feria 7, Teku-

pha contigit Tifri XXI. Additis ergo 6; & de summa 27. detractis omnibus 7; Tekupha incidit in feriam 6. Et revera fuit xxiv. Septembris in anno Juliano feria VI, cyclo Solis IX, littera DC. quae & eadem occurrit in anno Gregoriano Octobris IV, utrobique Tifri XXI.

Quod ad reliquas Tekuphas attinet, eas reperta Tifri Tekupha facile consequemur si, quod paulò ante monuimus, memoria repetatur, anni quadrantem diurnum esse 91, hor. 7, 30'. Itaque ad civilem Tifri Tekupham adice dies 91, 7, 30', ut adipiscaris Tekupham Tebeth; & ex summa diurnum deduc mensis lunares civiles quot potes, pro anni Judaici qualitate; residuum erit Tekupha Tebeth. Ut hoc anno Judaico 5385, Neomenia Tifri incidit in diem IV. Septembris Juliani feria 7. Tekupha Tifri XXI, hora 9. ab ineunte nocte, quae inter xxiiii, & xxiv. Septembris interstit. Ad dies igitur à Kalendis Januariis 267, horas 9, adde dies 91, 7, 30', consistit dies 358, hora 16, 30'. Ideo Decembris xxiv, hora 16, 30', ab ineunte nocte, quae est diurna 4, 30', incidit Tekupha Tebeth. Annus est embolimus deficiens: proindeque Neomenia Tebeth est 89. dies à Neomenia Tifri. Adde igitur ad 246, id est ad Septembris III, dies 89, Neomenia Tebeth incurrit in Kalend. Decemb. feria IV, uti tabella festorum ac Neomeniarum postulat. Quare Tekupha Tebeth in ejus diem xxiv. incidit. Adde 3. ad dies Tebeth 24, vel 6. ad 102, qui à Neomenia Tifri numerantur, detractis 7. omnibus, residua erit feria 6, in quam Tekupha Tebeth convenit, Decembris xxiv. in anno Juliano. quam ut in Gregoriano reperias, decem dies adice. Tekupha Tebeth Januarii III. committetur anno Christi mdcxxv, quae erat sexta feria. Tekupham Nisan invenies, si ad Tekupham Tebeth totidem dies addideris, nempe 91, 7, 30'. Ita Tekupha Tamuz, addito eodem diurno numero; Tekupha quoque Tifri sequentis eadem progressionem constabunt. Vel si mavis ad Tekupham Tifri adde dies 182, horas 15, habebis Tekupham Nisan: ad Tekupham Tamuz adde 273, 22, 30', ad Tekupham Tifri dies 365, hor. 6. Exemplum. Tekupha Tifri hoc anno Judaico 5385, contigit die 267. à Kalendis Septembris, hora 9. ab initio noctis. (Neque enim bissextilis dies praeteritus assumitur, sed sequens dumtaxat, & in summam inclusus,) feria 6. Adde dies 182, horas 15. ad 267, sunt dies 450, 0. De quibus detractis 365, (si bissextilis sequeretur annus, 366. examerem) restant 85. Itaque 85. die à Kalendis Januar. hoc est Martii xxvi, ineunte nocte Tekupha Nisan incidit in anno Juliano. Neomenia Tifri character est feria 7. Est autem hic annus embolimus deficiens. Quare Neomenia Nisan, ut ex Calendario Judaico patet, dies est 207. à Neomenia Tifri. Additis ergo diebus 207. ad 246, sive 23. Septembris, consistunt dies 453, detractisque 365, reliqui sunt 88. Proinde Martii XIX. feria 3, in anno Juliano non castigato, Neomenia Nisan accidet anno sequente, Christi mdcxxv. Itaque Adar secundi vicefimo septimo die Tekupha Nisan, sive verna continget. Is est autem 204. dies à Neomenia Tifri. additis ergo 6. ad 204, summaque per 7. divisà, reliqui sunt 7. Ergo feria VII. Tekupha Nisan accidet.

Sed ut rem patcis, ac facillima methodo complectar: dabo hic tabellam, cujus ope Tekuphas omnes, earumque ferias, ac sedes in anno Juliano & Gregoriano deprehendes, dummodo litteram Dominicalem anni illius noveris.